

Heinsio.

Nobilissime et amicissime Domine.

(214).

1.

Spranchhusii filium, qui inter ceteras ambire munus
aeronomi apud vos fertur, commendare tibi multis
amicorum precibus cogor, et commendo, quia vir probus
et carum rerum non imperitus est, quo illuc faciant.
Ignosce vi adacto, quo nec libens nec mea sponte ferri
soleo, et me ama vir maxime, qui te colo. Raptini
Haga Com: vii. Cal: April: 1635.

Golio.

Amplissime Doctissime et amicissime Vir. Quas valde serio
gratias ago, valde serio redditurus sum, ubi sic rerum
meorum facultas feret; tuarum exciget. Ignosce strictim
te alloquenti, in prociuctus sum longae profectionis, quam
tamen ingrediendam non putavi, nisi hoc debito exsoluto.
Vale et me ama, qui te quam verissime. Haga Com:
Ipsis Nonis Maij: C1635XXXV.

Barlaeo.

Amplissime doctissime et amicissime Vir.

(216).

In Prociuctu longae profectionis, et valetudine per cararum
rhum non adeo integras, patere me hoc diplomation
sine paraphrasi tradere. Grandi negotiorum stipatus
vix est, quo me vertam. fungor tam raptim hoc officium
ut te valere jubeam et me amare, quod facere quam
doeunque desines, iniquus audies. ego vero in sempiter
num

Tuus.

Doctissimo Collegae salutem
plurimam.

Haga. . . Non: Maij. C1635XXXV.

Andreae Puteano

Op het stuck vande Contributie van Bethleem sal men
sien te handelen in discretie, maer sal ijemant gecom
mitteest dienen te werden, diedaer over met de Gede
puteerden vande Heeren Staten Generael kome spreken.

Erit nobis cura senex ille cum familia, quantum potis.
sed et sibi et civitati Tutini consulat, si emittitur
qui de honestis conditionibus transigant, priusquam
furor militis desinat in potestate victoris esse, quod
ex animo suadet

C. H.

Ad Louanium. . . Cal: Iulij 1635.

Barlaeo.